

Milan Budimir,  
Beograd

## DE S INITIALI EX ST ORTA

Σάτυρος ~ στατός ἵππος »equus admissarius«  
σαυρωτήρ < \*σταυρωτήρ, στύραξ  
saison < statione > stagione

H. Frisk, *Griech. et. Wörterbuch*, II, 681, de Satyrorum hanc nobis etymologiam praebet: »Σάτυρός« m. »Satyr«, meist im Plur. als Bez. mythischer Naturwesen, die zur Gefolgschaft des Dionysos gehören und oft in Bocksgestalt dargestellt werden.«

Sed K.-H. Roloff de Satyrorum natura primigenia prorsus aliam opinionem protulit (*Lexicon der alten Welt*, 2707): »Satyrn und Silene, eine Schar ausgelassener, lüsterner Gesellen, die zum mythischen Gefolge (→ Thiasos) des → Dionysos gehören. Sie haben Menschengestalt, aber Pferdeschwanz und -ohren, oft auch Pferdehufe.«

Professor meus archaeologus Vindobonensis E. Reisch iam ante septuaginta annos optimo iure statuit in vasis Atticis utriusque coloris nullum Satyrum capro similem inveniri posse: equi tantummodo ubicumque apparent Dionysi comites, quod etiam de Silenis optimo iure valet. Quam opinionem comprobavit K. Ziegler qui praecipue contendit neque in tragoedia neque in dramate satyrico nullum caprum vel hircum videri. Qua de causa nomen Satyri lexicis Graeci genuini proprium esse atque cum Homericis terminis στατός sc. ἵππος coniungendum esse concludere cogimur. Quae onomasiologia etiam in francogall. *étalon* (~ germ. *Stall* »stabulum«) procul dubio exstat. Prima dentalis tenuis in σταυρός (cf. τίτυρος aliaque permulta nomina suffixi -υρος ope formata ut ἀργός ἀργυρός, ἀγκών ἄγκυρα atque alia huiusce modi) dissimulationis (t—t) causa evanuit. Eandem rationem dissimilandi habemus etiam in nomine agentis vel instrumenti Homericis σαυρωτήρ, quod nullo pacto a verbo denominativo σταυρώ atque a nomine instrumenti eiusdem significatus στύραξ »σαυρωτήρ τοῦ δόρατος, καὶ λόγχης« sic Hesychius, sed melius Frisk (II, 814): »das untere Ende des Lanzenschaftes, Lanzenschaft«. Haud alienam viam ingressi sunt E. Boisacq et P. Chantraine qui hanc synonymam hastae imam partem, σαρωήρα atque στύρακα puto, una cum nomine σταυρός atque cum eius derivato σταυρώ coniunxerunt, quamquam P. Chantraine suam opinionem interrogationis signo ornavit.

Nihil nunc obstat quominus vulgarem etymologiam francogallici nominis *saison* repudiemus, praesertim cum ipse P. Robert notet »probablement lat. *satio*, *-ionis* 'semaille' d'où 'saison du semaille'.« Minus tamen cautus A. Dauzat (a. 1964) p. 665: »XII<sup>e</sup> s., du lat. *satio*, *-onis*, semaille, par ext. »saison des semailles«, puis toute saison«, etsi pius vates *optima vinetis satio* scribit, quae F. Gaffiot hunc in modum vertit: »la meilleure saison pour planter la vigne«. Attamen novolatina *saison* atque *stagione* separare non audeo. Nota est formula *status caeli* »Tages-, Jahreszeit« (Heinichen). Itaque Homericum *σταθμός* »bâtiments d'une ferme, métairie, bergerie« non solum Latinis corradicalibus *status* atque *statio* respondet sed etiam nostro termino *cran*: »locus et casa mulgendis aestate ovibus«. Aestas igitur est tempus aptissimum pastoribus atque agricolis, qui in statu vel in statione operam suam navant principalem. Unde factum est ut *statanus*, hoc est dominus qui in statu vel statione aestate habitat, in linguas balcanicas introiret: nostrum *stopanin* et roman. *stapin* non thraco-illyricae originis esse arbitror, ut P. Skok postulat, sed tantummodo posteriorem formam dissimilatae seriei trium dentalium *t — t — n*: *stopan* < *statanu*. Similis dissimilatio exstat in germ. *finster* < *dinster*. Haec explicatio nominum *saison* et *stagione* similior veri quam adhuc prolatae mihi quidem esse videtur, nam et *saison* aequae atque *stagione* ad unum archetypum Latinum reducit.

Postremo substantiva *sudis sudes* (< \**studes*) atque *tudes* ad unam radicem \**steud-* reducenda atque cum Graecis *τύδη* »δόκλον«, *δοιδυξ* < \**τουδ-υξ* (assimilatae consonae et dissimilatae υ), *σπούδαξ* ex antiquiore \**στυδαξ*. Qua de causa non potest stare Herwerdeni sententia de huius instrumenti nomine »fortasse comice sic pistillum vocavit poeta aliquis«. Haec sunt animadvertenda etiam ad explicationem P. Chantraine (*Dict. ét. de la langue grecque*, 290), qui sine haesitatione de instrumenti nomine *δοιδυξ* iudicat: »Terme technique et familier, avec un redoublement expressif, et sans étymologie.«

### Résumé

Poređeci homonime *σούραξ* i *σαυρωτήρ* ~ *στυρός* nameće se zaključak da se radi o koradikalnim derivatima od minimuma \**stau-/stu-*. Prema tome, radi se o diferencijaciji usled horror aequi isto onako kao u latinskim koradikalnim homonimima *sudis* i *tudis* (bez *s*-mobile). Stoga je i ime *σάυρος* u vezi sa homerskim *στατός* jer je Satir prvobitno prikazan kao konj, a nikako kao jarac. Istovetni proces nalazim i u novolatinskom *stagione* i *saison* od starijeg *statione* (cf. *μαυρός σταθμός*).